Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

118

maxime et miserando manifestas multiplica super nos
gratiam tuam ut ad tua promissa currentes celesti-
um bonorum facias esse consortes. Per. Dom. xi. capitulum
Fratres Notum vobis evangelium quod predicavi
vobis quod et accepistis in quo et statis per quod et sal-
vemini. Aliud Tradidi vobis inprimis quod et acce-
pi quoniam Christus Ihesus mortuus est pro peccatis nostris secundum scriptu-
ras et quia sepultus est et quia resurrexit tercia die secundum
scripturas. Aliud Certus sum enim ego ipse de vo-
bis quoniam et ipsi pleni estis dilectione repleti omni sciencia Collecta
Omnipotens sempiterne deus qui habundantia pietatis tue me-
rita supplicum excedis et vota effunde super nos
misericordiam tuam ut dimittas que consciencia metuit et adi-
cias quod oratio non presumit. Per. Dom. xii. capitulum
Fratres Fiduciam talem habemus per Christum ad deum
non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis
quasi ex nobis sed sufficientia nostra ex deo est qui et ydoneos nos
fecit ministros novi testamenti non littera sed spiritu. Aliud
Ministratio mortis litteris deformata in lapidibus
in gloria multomagis habundat ministerium iu-
sticie in gloria. Aliud Fratres Non predicamus nos
metipsos sed dominum Ihesum Christum nos autem servos vestros per Ihesum
Omnipotens et misericors deus de cuius munere Collecta
venit ut tibi a fidelibus tuis digne et laudabiliter
serviatur tribue quesumus nobis ut ad promissiones tuas sine
offensione curramus. Per. Dom. xiii.
Fratres Abrahe dicte sunt promissiones et semini
eius non dicit et seminibus quasi in multis sed quasi
in uno et semini tuo qui est Christus Aliud Lex propter trans-
gressionem posita est donec veniret semen cui repromiserat
ordinata per angelos in manu mediatoris. Aliud Con-
clusit scriptura omnia sub peccato ut promissio ex fide Ihesu Christi